

16





Alui adstirctio fol.	132.	Febris ephemera	196.
Aneurisma	179.	Hemiplegia	161.
Angina	58.	Pestilentialis	165.
Apoplexia	2.	Quartana intermittens	135.
Arthritis sine articularis morbus	129.	Quartana intermittens	127.
Afrites Hydrops	90.	Synocha	209.
Asthmaticus	66.	Tertiana continua	158.
Auditus grauitas	115.	Tertiana intermittens	78.
Auris dolor	157.	Femoris luxatio	184.
Aurium timitus	115.	Gangrana	180.
Carhepia leuophlegmatica	99.	Gonorrhoea simplex	153.
Capitis dolor	150.	Haemorrhagia nasium	116.
Capitis vulnus	167.	Haemorrhoidalis dolor	123.
Cardialgia	146.	Hemiplegia	14.
Catalepsis	6.	Hepatis imberillitas	170. 169.
Cataracta	99.	Inflammatio	203.
Catharrus	59.	Obstructio	206. 170.
Cephalalgia	149.	Hydrophob <sup>9</sup> ex morfu canis rabidi	22.
Cholera	102.	Hydrops Afrites	90.
Cholera cum conuulsione	191.	Hypochondriacus	82.
Combustio pedis	174.	Hysterica passio puella	139.
Conuulsio cum cholera	191.		
Cordis palpitatio	194. 198.		
Dentium dolor	143.	Interus flauus	86.
Diabete	183.	Ileum ex bubonorele	159.
Diarrhoea biliosa	131.	Imberillitas hepatis	170. 169.
Dolor auris	157.	Incubi diuexatio	26.
Capitis	150.	Inflammatio hepatis	203.
Vteri	162.	Inflammatio Sicur	213.
Dysenteria epidemica	103.	Intemperies frigida	169.
Ephemera febris	196.	Ischuria	192.
Epidemica dysenteria	103.		
Erysipelas	136.		

Leucophlegmatia . . . . .	94	Sanguinis circuitus sententia . . . . .	144.
Lienis inflammatio . . . . .	213.	Sanguinis fluxus e naribus . . . . .	116.
Lienis obstructio . . . . .	214.	Sanguinis sputum . . . . .	74.
Lues Venerea . . . . .	111.	Scorbutum . . . . .	110.
Lumbrici . . . . .	128.	Singultus . . . . .	119.
Luxatio femoris . . . . .	184.	Somnambulatio . . . . .	42.
		Spasmus brachiorum p. curum . . . . .	10.
Maniacus . . . . .	34.	Superflui menses . . . . .	187.
Melancholicus . . . . .	30.	Surditas . . . . .	115.
Mensium obstructio . . . . .	106.	Synrope . . . . .	70.
Mensium Superfluitas . . . . .	187.	Synocha febris . . . . .	209.
Narium Hemorrhagia . . . . .	116.	Tendinis punctura . . . . .	188.
		Tinnitus aurium . . . . .	115.
Obstructio hepatis . . . . .	170. 206.		
Lienis . . . . .	214.	Variola . . . . .	199.
Mensium . . . . .	106.	Venerea lues . . . . .	111.
Odontalgia . . . . .	143.	Ventris adstrictio . . . . .	132.
Ophthalmia . . . . .	98.	Vermes . . . . .	128. 18.
		Vertigo . . . . .	46.
		Veternofus . . . . .	46.
Palpitatio Cordis . . . . .	195. 200.	Virginis morbus . . . . .	217.
Paralytica ex hemiplegia . . . . .	14.	Vomitus diuturnus . . . . .	120.
Paronychia . . . . .	145.	Vstio pedis . . . . .	176.
Pedis combustio . . . . .	176.	Vteri dolor . . . . .	162.
Pestilentialis febris . . . . .	165.	Vulnus capitis . . . . .	157.
Phreniticus . . . . .	50.		
Pleuritica . . . . .	62.		
Ptyalismus . . . . .	210.		
Punctura tendinis . . . . .	188.		
Rabies ex morfu canis rabidi . . . . .	22.		

MEDICATIO  
VIRI  
APOPLEXIA  
CORREPTI;  
QVAM  
Divino adjuvante Numine,  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI CLARISSIMI  
D. HENRICI REGII,  
Reipub. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ  
ac Botanices Professoris Ordinarii,  
*Publicè examinandam proponit*  
JUSTUS à WYCK ULTRAIECTINUS.  
*Ad diem 19. Februrij, horâ 9. matutinâ.*



Naturâ & Industriâ.  
TRAJECTI ad RHENUM,  
Apud PETRUM DANIELIS SLOOT,  
ANNO M. DC. XLV.

*Clarissimo, Doctissimo, expertissimo*

V I R O,

D. IOANNI CRAP

Medicinæ Doctori, & Reipubl. Vl-  
traject. Practico vigilantissimo, co-  
gnato suo plurimum colendo.

*Hoc exercitium Medicum eo quo decet animo  
Lubens Meritoque*

Offert, dicat, consecrat.

IUSTVS à WYCK,

**B**Elgarudis *sophiæ* fatur, W Y C K, cede: sed artes  
Doctus *Apollo* refert, meus est, non-otia nostras  
*Ajo* scholas, bellum non-bellum *Musa* vocavit:  
*Ergone* causa cadit mea? Ne, W Y C K, cedere nescit.  
C. G. E.

K 121,

M E D I C A T I O

V I R I

A P O P L E X I A

C O R R E P T I ;

I.

**E**Xpositis medicinæ præceptis , usus eorum in exemplis est demonstrandus. Proponitur itaque primò talis, ex ægroti examine collectus, casus:

Vir quadraginta quinque annorum, crapulæ deditus, otiosus, pituitosus, plethoricus, subito, dum domi suæ cum familiaribus colloquitur, magnâ ruinâ in terram prolapsus, omni sensu & motu est privatus; restat sola respiratio, quæ tamen satis est difficilis. Ad nullas voces & inclamationes, ad nullas concussiones & vellicationes expergiscitur: sed perpetuò immotus & nihil percipiens stertit. *pulsus satis est validus*

II:

Iacto hoc fundamento, medicatio porro instituenda per *Cognitionem*, tum diagnosticam, tum prognosticam, quâ peractâ, progrediendum ad *Curationem*.

III.

Et quantum ad *Diagnosin*, quæ in partis affectæ, ipsius morbi, & causæ morbificæ investigatione consistit; *partes affectæ* hic sunt cerebrum & totum corpus. *Cerebrum* affectum esse patet ex sensus & motus privatione: atque hinc totum corpus per sympathiam secundum sensum & motum etiam læditur.

A 2

*Morbus*



IV.

*Morbus*, quo hic æger laborat, est intemperies humida cerebri, cum ventriculorum ejus angustia vel subsidencia, & nervorum subjectorū compressione, conjuncta; quæ, omnis sensus & motus privationē, respirationemq; difficilem inducens, *apoplexia* dicitur.

V.

*Causa procatartica* hujus affectus est crapula, item otium, nec non temperamentum pituitosum nostri ægri. Hinc enim magna copia humorum pituitosorum & sanguineorum, in toto corpore, ac præsertim in capite ejus fuit genita, quæ *antecedens* hujus morbi est causa. magna verò humorum pars, in substantiam & ventriculos cerebri subito profusa, est morbi hujus causa *continens*; quæ *symptomatum* omnium jam commemoratorum est author.

VI.

Nam ab humore, in cerebrum ita subito profuso, subjecti nervi premuntur, & sufficiens spirituum animalium generatio impeditur. Hinc motus, ab objectis, sensoriis externis impressus, nec in cerebrum, nec ad sensorium commune deferri potest. Atque hinc jacet ille sine sensu, & quamvis concutiatur, vellicetur, & clamoribus incessatur, nil percipit, nec evigilat. Et quia ventriculi cerebri partim sunt compressi, partim humoribus repleti, idcirco justa copia spirituum ibi non gignitur, quo noster æger omni motu, exceptâ respiratione, quæ tamen, propter nervos respiratorios etiam affectos, est difficilis, subito privatus, magnâ ruinâ, ob magnam sui corporis molem, spiritibus animalibus eam sustentare sufficientibus destitutam, in terram repente concidit.

VII:

Sed restat sola respiratio; quia, quamvis pauci sint spiritus animales, cum illi in alios nervos, utpote compressos, nec ad recipiendos spiritus ita aptos, fluere non possint; hinc illi nervis & musculis respiratoriis, alternatim qualicumque modo dilatandis, sufficiunt, in iisque viam ad influendum inveniunt, quia hi ob  
motum



motum respirationis, jam inde à prima nativitate, & dormienti  
& vigili, sine ulla intermissione, continuatum, magis, quam  
reliqui omnes totius corporis nervi & muscoli, quippe qui diu-  
tine per vices saepe quiescant, ad spiritus vicissim recipiendos  
sunt adaptati. Cumque hæc causa sit manifesta & sufficiens, ne-  
quaquam, admiram & occultam naturæ providentiam, respira-  
tionis usum, quod ille homini præ reliquis corporis motibus ad  
vitam maxime sit necessarius, conservantem, hic confugiendum  
esse videtur.

VIII.

Quoniam autem nihil nos cogitare observamus, nisi, à motu  
objectorum vel corporeis rerum imaginibus & notis cerebro im-  
pressis, mens nostra ad cogitandum excitetur; cumque illæ, hic ob  
compressum sensorium commune & defectum spirituum, à cerebro  
ad ejus centrum deferri, & in eo animam afficere non possint; idcir-  
co est vero simile ægrum nostrum, hoc affectu oppressum, nihil  
imaginari, recordari, vel aliter quicquam cogitare.

IX.

*Prognoseos* loco, dicimus morbum hunc periculosissimum es-  
se, quia est apoplexia satis gravis, quod stertor indicat, quam Hip-  
pocrates solvi posse negat; & præterea, si hæc solvatur, metus est  
ne in paralyin totius corporis vel unius lateris commutetur. Spes  
tamen omnis non plane decollavit; experientia enim probat mul-  
tos à tali affectu fuisse restitutos.

X.

Idcirco in acutissimo hoc morbo acceleranda est *Curatio*,  
quæ consistet in causæ continentis in capite, & antecedentis in  
toto corpore existentis, ablatione, & deinde in intemperiei cere-  
bri correctione.

XI.

Itaque primo podici inseratur hoc suppositorium:

R. pul. hier. picræ scrup. ij.

Colocynthid. scammonii an gr. iij.

mellis q. s. salis parum. f. suppositorium:

A 3

dum ta-

*Qualis est val  
tunc solvitur  
dum ta-  
et in morbo  
pudicitis.*



dumtalis præparatur clyster;

Recip. centaurei min., salvia, betonica, mercurialis,  
iva arthritica an. m. j.

flor. camomil., stachados an. p. ij.

sem. anisi drag. ij., agarici drag. j. s.

pulpæ calocynthid. in pupella ligatæ drag. s.

Coquantur in aqu. commun. ad lib. 1. Colatura adde  
electuarij hieræ picræ, diaphenici, benedictæ laxat. an.  
vnc. s.

cl. rutacei, camomillor., an. drag. 1. saccari rubr. vnc. 1.

salis com. drag. ij. f. Clyster mox injiciendus

Post operationem clysteris, sanguis ex brachio per phleboto-  
miam, pro ratione virium, est educendus, quia hic adest plethora:  
& clyster post 4. vel 5. horas erit reiterandus.

Interim fiant extremarum partium frictions cum spiritu vini  
calido: & ligaturæ subinde solvendæ iis adhibeantur.

Sternutatoria etiam, alvo depositâ, ex pulvere euphorbij, elle-  
bori albi & tabaci facta, naribus inflentur.

Si his non excitetur, vena sub lingua vel in fronte erit secanda.

Ubi ad se redierit eger, sive paralyfis supervenerit, sive non, ta-  
les pilulæ, ad causam antecedentem & continentem porro tol-  
lendâ, præscribi possunt:

R. pil. cochiar. scrup. ij. pil. fatidar. trochisc. albandal  
an. scrup. s.

cum syr. de stachad. f. pilulæ N° VII.

Et utatur hoc decocto quotidie ad vnc. iiij. semel vel bis, pro  
ratione operationis medicamenti.

R. Herb salvia, majorana, betonica an. m. j.

Herb. paralyfis, iva arthritica an. m. s.

flor. stachad. rorismarini an. p. j.

sem. sileris montani, anisi, seseleos an. drag. j. s.

Coq. ex aqua com. ad lib. 1. addendo sub finem decoctionis

fol. sennæ vnc. j. s. rabarb., agarici trochisc. an. drag. ij.

cinnanomi drag. s. In Colatura dissolve

syr.

*Handwritten notes in cursive script, likely a recipe or commentary, partially obscured by the printed text.*

*Syr. de stachad, vnc. j. s. f. Apozema*

Tum quoque materia pituitosa apophlegmatismis, ex pipere, pyrethro, sem. synapios & similibus factis, è capite educatur.

Nucha & pars, si qua fuerit paralytica, inungantur hoc linimento calido:

R. ol. camomill. vnc. j. vulpini vnc. s.  
de lateribus, castoreo an. drag. ij.  
cera parum f. linimentum

Omni mane sumat de sequenti mixtura, ad intemperiei capitis & partium paralyticarum correctionem

R. conserv. flor. rorismarini vnc. iij.  
mithridat. theriacæ an. drag. ij. sp. diambra drag. j.  
syr. de stachade. oxymellis scyllitici an. vnc. s.  
misc.

vel R. conserv. flor. anthos, cortic. citri an. vnc. j.  
rad. acori veri condita. sp. diambra,  
diarod. abbatis an. drag. ij.  
Cum oxymell. scyllitico q. s. f. Conditum

## XII.

In victus ratione, aër sit calidus. Cibus, ubi morbus nonnihil remiserit, sit paucus, calidus, concoctu facilis, & salviâ, thymo, hyssopo, roremarino & majorana nonnunquam conditus. In potu sumatur aqua mulsa: vitetur cerevisia crassa & vinum generosum. Exercitii loco adhibeantur frictiones validæ, partium extremarum ligaturæ, & humeris affigantur cucurbitulæ.

COROL-

# COROLLARIA

1. *S*anitas an finis proximus & perpetuus Medicinae? *Neg.*
2. *S*An Medicus versatur circa morbos incurabiles? *Aff.*
3. *I*uvenes pueris calidiores assero.
4. *C*hylus totus non manet in ventriculo, donec omnis sit coctus.
5. *N*ec totus egreditur per pylorum.
6. *S*anguis etiam in corde dilatatur.
7. *E*t per corpus coquitur.
8. *M*edicinae partes duas tantum agnoscimus.
9. *F*ames an fit à suctione venarum? *Neg.*
10. *S*piritus naturalis, in Hepate perfectus, non videtur dari.
11. *A*liquem naturaliter absque ullis alimentis posse vivere non est credibile.
12. *S*olutio continui est morbus conformationis.
13. *V*ariolas & morbillos à menstruo non semper fieri cum Fern. lib. 2. de abd. rer. caus. cap. 12. concludimus.
14. *F*ebri solùm calida intemperies esse non videtur.
15. *I*nter morbum & sanitatem medium non concedimus.
16. *H*ypostasis in urina non fit alba à solidis partibus, quia sunt albae.
17. *M*ateria febrilis in intermittentibus est extra vasa.
18. *I*n omni febre adest aliqua malignitas.
19. *V*is Narcotica in solo frigore non consistit.
20. *O*mne signum aut est diagnosticum aut prognosticum.
21. *V*ena sectionis terminus non est annus 60.
22. *P*urgantia non agunt ob similitudinem substantia.
23. *P*urulenta materia, in empyemate ad vias urinarias delata, cor transit.
24. *O*pium non solum inducit somnum, quia frigidum.
25. *M*enstrua circa evacuationis tempus demum fieri probabile est.
26. *H*aec feruntur in caput cor transeundo.
27. *M*edici in capitis affectibus utuntur pilulis; An quia trahunt fortius? *Neg.*
28. *Q*uae inter vitem & brassicam est Antipathia, ea explicari potest.

F I N I S.


00 A 6396

ULB Halle 3  
002 928 167



*St*





nis circuitus sententia	144.
is fluxus e naribus	116.
is Sputum	74.
um	110.
tus	119.
mbulo	42.
s brachiorum p curum	10.
is menses	187.
s	115.
e	70.
a febris	209.

MEDICATIO  
 VIRI  
 APOPLEXIA  
 CORREPTI;

QVAM  
 Divino adjuvante Numine,  
 SUB PRÆSIDIO  
 VIRI CLARISSIMI  
 D. HENRICI REGII,  
 Reipub. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ  
 ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè examinandam proponit  
 JUSTUS à WYCK ULTRAIECTINUS.  
 Ad diem 19. Februrij, horâ 9. matutinâ.



Naturâ & Industriâ.  
 TRAJECTI ad RHENUM,  
 Apud PETRUM DANIELIS SLOOT,  
 ANNO M. DC. XLV.

